Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



426

erat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. ℣ Nolite putare quia veni solvere legem aut prophetas. ℣ Non veni solvere sed adimplere. ℣ Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. ℣ Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimus vocabitur in regno celorum. ℣ Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Offertorium.

Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Passionis filii tui domine memoriam recolentes deposcimus ut quod de hostia immolata christi confessoris tui solemnitate deferimus sacrificium sit acceptum. ℣. Com. Omnium quamque caelestia tradidisti munera esse alia quique sunt lucratus cum eugelio serve fidelis quia in paucis fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium domini tui. Post. Hesternos communio quisque munere sancta letificet. quia beati christi confessoris tui suffragiis u